tabernaculo tuo. aut quis requiescet in monte sancto
tuo; Post hanc interrogationem fratres audiamus
dominum respondentem. et ostendentem nobis uiam ip
sius tabernaculi dicens; Qui ingreditur sine macula
et operatur iustitiam; Qui loquitur ueritatem in
corde suo. qui non egit dolum in lingua sua.
Qui non fecit proximo suo malum qui obprobrium non
accepit aduersus proximum suum. Qui malignum
diabolum aliqua suadentem. sibi cum suasione sua
a conspectibus cordis sui respuens deducit ad nichilum
et paruulos cogitationes eius tenuit et allisit ad christum.
Qui timentes dominum de bona obseruantia sua non
se reddunt elatos. sed ipsa in se bona non a se posse
sed a domino fieri existimantes operantem in se dominum
magnificant illud cum propheta dicentem. Non
nobis domine non nobis. sed nomini tuo da gloriam
Sicut nec apostolus paulus de predicatione sua
sibi aliquid inputauit dicens. Gratia dei sum
id quod sum. et iterum ipse dicit. Qui gloriatur
in domino glorietur; Unde et dominus in euangelio
ait. Qui audit uerba mea hec et facit ea. ad
similabitur uiro sapienti qui edificauit domum

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.11, 2r – Statuta confraternitatis XII apostolorum Parisiensis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-khhg/5198/49639)